



MAGR. FR. HIPPOLYTUS MONTIVS

FINALENSIS · ORD · EREM · ST · AVGVSTINI · PRIOR · GENERALIS licet indignus.

Cum ex parte Christianidelum Urbis Grallensis ac perimus Confraternitatem Sancte Matris Monice in Ecclesia nostra iam dudum erectam maxime in Domino desiderare Archiconfraternitati Cantuarorum et Cantuararum Sancti Patris nostri Augustini et Sancte Matris Monice sub invocatione Beate MARIE Virginis de Consolatione in Ecclesia Sancti Jacobi Bononie auctoritate apostolica legitime erecte et institute omni annexi, aggregati et incorporari ac omnium indulgentiarum privilegiorum facultatum indulgentiarum prerogatiuarum et gratiarum tam spiritualium quam temporalium quibus predicta Archiconfraternitas, aliique Confraternitates ei legitime aggregatę carumque Confratres vivuntur potuerunt et gaudent participari fieri, vni que curę officii Nos propterea vt ex hoc spiritualium gratiarum participatione prelati Christianidelos magis ac magis in dies ad deuotionem et pietatem exortentur tenore presentium et nostri muneris auctoritate predictam Confraternitatem vt presertim legitime erectam et institutam ac omnes vtriusque sexus Christianideles in eadem serbendos et aggregandos predictę Archiconfraternitati Cantuarorum et Cantuararum Sancti Patris Augustini et Sancte Matris Monice sub invocatione Beate Virginis MARIE de Consolatione in Ecclesia Sancti Jacobi Bononie legitime erectę et institutę omni in eadem modo auctoritate apostolica nobis specialiter delegata vniuersum amectimus aggregamus et incorporamus ac vnitam annexam, aggregatam et incorporatam esse volumus et declaramus, ac omnia et singula privilegia indulgentias prerogatiuas facultates gratias et indulta eidem Archiconfraternitati a diuersis Romanis Pontificibus precipue vero a felicis recordationis Gregorio XIII. et Gregorio XIV. concessa, ac vniuersim a simili memorie Gregorio XV. per litteras in forma Breuis sub Dat. Romę anno MDC. XXI. tertio nonas Iunij confirmata, ac demum perpetuis futuris temporibus concessa eorum omnium litterarum tenores presentibus pro expressis habentes ac si de verbo ad verbum insererentur predictę Confraternitati vt supra erectę, institutę, et aggregatę, ac omnibus vtriusque sexus Christianidelibus in eadem perpetuis futuris temporibus scribendis et aggregandis auctoritate et tenore predictis communicantes et concedentes, dummodo tamen alia similis Confraternitas in predicta Urbe Grallensi, vel circumiecta ad tria miliaria siue per nos, siue per aliquos ex predecessoribus nostris hucusque erecta non fuerit iuxta formam Constitutionis felicis recordationis Clementis Pape Octauij sub Dat. Romę die XXII. Decembris anno MDC. IV. publicatę, quę incipit: Quęcumque a Sede apostolica ad promoendam etc. Ita etiam vt predicta Confraternitas nullo vnquam tempore alii cui alteri Confraternitati sue haec tenus erectę, siue in posterum erigenda, predicta privilegia indulgentias prerogatiuas facultates gratias et indulta communicare, vel quomodocumque concedere valeat sub pena non solum nullitatis dicte communicationis sed etiam priuationis tam erectionis institutionis vniuersi annexionis, aggregationis et incorporationis quam communicationis et concessionis predictorum ipso facto incurrenda. In quorum omnium fidem presentes litteras fieri et manu nostra signatas solito Offitij nostri sigillo communiti, ac a Secretariis nostris propria manu firmari mandauimus. Dat. Romę ex. A. diebus nostris Sancti Augustini hac die XXVIII. Mensis Septembris MDC. XXXIV.

SECRETUM
ARCHIEPISCOPO
GRALLIENSIS

Per Hipp. Montiv. Sacerd. S. Aug.

Notri Offitij appenso sigillo.

Mag. Fr. Hipp. Montiv. Sacerd. S. Aug.



8.6 Exemple d'écriture soignée du XVIIe siècle, lettre du général de l'ordre de Saint-Augustin, parchemin, 1644, AD06 H 1390